BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 6r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sit. septimo autem die uocatus ad conloquiū
eius. altiora montis conscenderit. quia nimi
rū ꝑ bona opera quae dn̄o donante acceperat.
magis ab illo inlustrari atq; ab omnib; malorū
incursib; meruit obumbrari. ac sic ad sublimi
ora uisionis & conlocutionis illius dona peruenit;
Mediū namq; caliginis unde uocatus esse dicitur.
Non in esse dō tenebras ullas significat. sed
quia lucē habitat inaccessibilē. et sicut idem
dicit apostolus. quem uidit nullus hominum.
sed nec uidere potest, Caligo namq; illa obscu
ritas est arcanorū caelestiū. terrenis quidem
cordib; inaccessibilis. sed moysi & ceteris mundo
corde beatis. diuina reserante gratia penetrabi
lis. quib; dicitur in psalmo. Accedite ad eum
& inluminamini. Inaccessibilis namq; est lux
eius uirib; nr̄is. ad quam tamen acceditur mu
nerib; ipsius, ubi apte subiungitur,
Erat autē species gloriae dn̄i quasi ignis ardens 5
sup uesticē montis in conspectu filiorū israhel, 5
Quasi ignis namq; ardens species gloriae dn̄i ap
paruit. quia corda electorū & dono scientiae
caelestis inlustrat. & ardore suae caritatis inflā
mat. In nube ergo caligine & igne gloria dn̄i uisa ē.